

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Beatus Maximus episcopus: sermo in natale sancti Iohanni Baptistae

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

isdem sp̄s secundo legitur dis-
 cipulis datus prius ad nō in
 terra degente. postmodum
 ad nō caelo praesidente. In
 terra quippe ut diligatur
 proximus. Et caelo uero. ut dili-
 gatur d̄s. Sed cur prius in
 terra. postmodum et caelo
 nisi quod patenter datur
 Intellegi quia iuxta iohan-
 nis uocem. qui fr̄em non dili-
 git quem uidet. d̄m quem
 non uidet quomodo potest
 diligere. Diligamus fr̄s.
 Amemus eum qui iuxta nos.
 Ut peruenire ualeamus ad
 amorem illius qui sup nos est.
 Meditetur mens in pximo. qd̄
 exhibeat dō. Ut perfecte me-
 reatur in dō gaudere cū pximo.
 Tunc ad illam supernae fre-
 quentiae laeticiam perueni-
 mus. de qua nunc sc̄i sp̄s pign̄
 accipimus. Ad istum finem

toto amore tendamus. In quo
 sine fine laetabimur. Ibi
 supernorum ciuium societas
 sc̄a. Ibi sollemnitas certa.
 Ibi requiessecura. Ibiq. pax
 uera. quae nobis iam non re-
 linquitur. sed datur. Per
 om̄m n̄m ih̄m xp̄m qui uiuit
 et regnat cum patre d̄s. In uni-
 tate sp̄s sc̄i. Per omnia sc̄la
 saeculorum amen

INNATALE
SC̄I IOHAN-
NIS BAPT̄:



SERMO BEATI
MAXIMI EPI.
 SOLLEMNITA-
 TES NOBIS OI-
 uerorum marty-
 rum fratres karissi-
 mi. uitae praesentis occasus.

et suscepta ab eis pro xpi
nomine passio consecrauit.
Multimoda namq. ueteru
relatione didicimus. non
nullos martyrum prostra
tos gladio. igne alios con
crematos. complures bestia
rum dilaceratos dentibus.
innumeros etiam uariis tor
mentorum cruciatibus af
fectos. spreta sui corporis
morte. xpianae fidei testi
monium reddidisse. Bea
tus uero baptista iohannes
cuius nunc festiuitate lae
tamur. caelestia mundo
gaudia sterili ab utero ho
die natus inuexit. Et illi
quidem indubitata iam
gloria regnantem confes
si sunt di filium. hic aute
et nasciturum dnm prophe
talis sps illuminatione prae
uidit. & natum priuilegio .ii.

gratae singularis ostendit.
Intantum aut specialis in eo
praefulsit electio. ut ante
mereretur adnuntiare dnm
quam nascendi initium. uel
linguam quae nuntiare pos
set acciperet. Deniq. helisa
beth illa uetus mulier. & no
ua mater. quae ante partu
suum de futuro filii laetaba
tur officio. ueniendi ad se be
atae mariae. in ipso salutati
onis occursum ait. Ecce ex
quo facta est uox salutatio
nis tuae in auribus meis. exul
tauit in gaudio infans in u
tero meo. Quid hoc miracu
lum fratres. quae tantoru
nouitas gaudiorum. ut ha
bere se in utero helisabeth
testaretur infantem. qui
neccum semet ipsum senti
ens. dominicum iam sentire &
aduentum. Uere hic omniu

beatissimus paruulorum. qui
 intra uiscera adhuc materna
 conclusus. adesse saluatore
 mundi. quia necdum sermo
 ne potuit. prophactico gau
 dio reuelauit. Nullus igno
 rat karissimi. omnem paru
 lum materno ab utero prode
 untem. inter ipsa lucis exordia
 maestis concrepare uagitib.¹
 Solus baptista dni ultra lege
 nascentium. natiuitatem sua
 laetitia et exultatione prae
 uenit. Et quam decuit fr̄
 ut de matre sterili nasceretur
 qui foecunditatem uirginis
 reuelabat. quatenus mirabi
 lem partum. mirabiliter na
 tus ostenderet. Illud etiam. ē.
 quam stupendum quamq.
 magnificum. quod Zacha
 rias sacerdos pater futurus
 pphaetae. quia hoc ipsum
 quod gerebatur. angelo

loquente non credidit. usus
 loquentis amisit. donec pro
 missione completa. natus
 noui hominis praeco. pater
 nae linguae uincula rela
 xaret. Os enim quod an
 gelus clauserat. promissus
 ab angelo filius reserauit.
 Nam cum denuncupatione
 cognatorum uicinorumq.
 hesitaret arbitrium. propri
 etatem ueri nominis eius
 quam angelo dictante di
 dicerat. recepta subito pristi
 ni facultate sermonis pater
 mutus aperuit. Ut cuius
 natiuitatem perceptione
 caelesti tacitus expectabat.
 nati uocabulum loqueretur.
 Et agnosceret anxius senex.
 per eum se sibi redditum.
 quem de se non crediderat
 nasciturum. Nec dubitare
 ultra caelitum illum uel pro

missum fuisse uel natum.
cuius causa et amisisse se per
hibebat et receperat sermone.
Quid hac fratres religione glo
riosius. quid insignius fide.
in qua sterilis concipit. uirgo
parturit. mutus loquitur.
et in secreto maternorum ui
scerum paruuli totius gau
dia futura praeludunt.
Nec enim poterat ueteris suble
ge ordinem suum mortalis
seruare natura. quando per
nouam diuinitatis gratiam
nouum saluti omnium my
sterium parabatur. hic est
ergo iohannes de quo prophe
tauit esaias dicens. Uox cla
mantis in deserto. parate
uiam dni rectas facite semi
tas di nri. Uox inquit cla
mantis. Quam bene uox di
citur qui uenientem de cae
lestibus in carne hominis uni

genitum di pleno lactis ore
clamabat. Recte uox dicitur.
cuius intonante praetorio
sacramentum redemptionis
humanae. surda dudum coe
pit audire mortalitas. Ut
enim uenerandus baptista
muto patri aperuit lingua.
ita aures hominum salutaris
gratiae innouauit auditu.
Clamabat autem in deserto
ubi praedicationem eius nec
insolens turba praestrepere
nec infidelis rideret auditor.
sed intantum audire possint
qui praedicantem uerbum sa
lutis curam tantum diuini
cultus expeterent. et aduer
terent eum uera annuntiare
de xpo. qui per assertionem
iusticiae. ut illicitas herodis
nuptias increpare. nec regem
timuisset offendere. nec squa
lorem carceris declinasset.

nec tyrannico gladio refutas
set occidi. Audiamus ad
huc paululum fratres quid
ad profectum omnium nr̄m
saluatoris nuntius praedica
bat. Parate inquit uiam
dn̄o. rectas facite semitas di
ni. Vere dignus beatus io
hannes. cuius prophætica
esset natiuitas. qui et illis de
parentibus quorum esset de
sperata posteritas. di mune
re nasceretur. Nam tanta
auctoritate tantoq. docen
di pondere. Inuocem sc̄ae prae
dicationis erupit. ut et in
stantem dn̄i nuntiaret aduen
tum. et in semitas rectas ma
le uiuentium dirigeret pra
uitatem. Quid est enim pa
rare dn̄o uiam. nisi aduen
tanti de caelo iudici. purga
to auitis pectore. simplicis
cordis habitaculum p̄parare.

Quid est rectas facite semitas
di. nisi ut tales actuum tuo
rum tibi munias uias. quas
per ambulare propitius ueni
ens ad te dn̄s delectetur. Ille
uiam dn̄o suo parat. qui lu
xuriantis carnis respuens uo
luntates. toto mentis suae
sp̄u. suspensus ad dn̄m. uigore
se castitatis accingit. Opti
mam dn̄o parat uiam. qui
cogitationes suas auariciae
fluctibus aestuantes. serene
conscientiae tranquillitate
compescit. Uiam dn̄o parat.
qui idolorum uana atq. om
nium superstitionum figmen
ta conculcans unum di uiui
cultum. & fidem ueritatis in
quirit. Quicumq. uero uo
luptuosis saeculi huius Lan
guet illecebris. cupiditatibus
auariciae feruentis insanit.
Infraterna odia feralis inui

• diae facibus inardescit. atq.
ad contumeliam dī omnipo-
tentis per anfractas daemo-
num semitas erraticus uator
incedit. non parat dño uia.
sed inimico miser suo exitia-
bilem in semetipsum patefa-
cit ingressum. Humores &
uita huiusmodi ampla iti-
nera. Et largissimas uias bar-
baris nationibus in exitium
communis salutis aperiuunt.
Humores plebem dī inimicis
gentibus iugo miserae capti-
uitatis ad dicunt. humo-
res. armatos dissipant popu-
los. et munitas diruunt ci-
uitates. Et quid plura
karissimi. quicquid poten-
tiae. quicquid uirium uide-
mus in hostibus. corruptio-
ne uitae nrae. nraque infide-
litate nutritur. Et inde
est quod nihil fusa ad dñm

supplicatione proficimus.
quia incessabiliter impiis
prauisq. desideriis inhaeren-
tes. uiam dño nro secundum
prophætica monita non pre-
paramus. Propter quod
reuertentes ad beatissimi prae-
cepta iohannis. paremus dño
uiam. rectas faciamus semitas
dī nri. quatenus uident in
nobis dñs itinera bonae uo-
luntatis. ouiculas suas multis
iam periculis fessas benignis-
simus pastor inquirat. Ut
sicut de baptistae dominici
hodie natiuitate gaudemus.
ita de dī nri reconciliatione
laetemur. Cui honor et glo-
ria in saecula saeculorum amē.



D E E A D E
FESTIUITATE
CUIUS SUPRA
UNCTORUM
quidem prophæa